

149904

APUD
SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESSIA FABULA ====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Augusto MCMXIII Num. VIII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates Librairie Granger Frères

London W.
28, Orchard Street.
Montreal
1699, Rue Notre-Dame

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Augusto MCMXIII.

Num. VIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Ilaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo allingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a munciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inducas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero diffinis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italianam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)
ante solvendum et recto tramite mittendum ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituti maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis* ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, *Sacro Purpuratorum Senatui, Romanae Curiae* aulicisque pontificis distribuenda.

Pro Sociis qui libellas octo pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prout in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo experserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam*. — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui lib. quadraginta quatuor miserint, *Vox Urbis* gratuito conceditur; ii enim *Nocum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16' (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo zigrino conglutinatum, foliorum sectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuito etiam a praelaudata editrice domo «Proprium Dioecesis» cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemiso, uti par est, «Proprii» eiusdem pretio.



DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

- «Chiliasmus Millennium, Millenarismus»,
Selecta ex bibliothecis et archivis. De utilitate ac praestantia litterarum humaniorum adversus quosdam earum vituperatores.
Horae subsecyliae. Ad iuvemes Beneventanos, qui litterarum studis rite confectis, ex lyceo dimittendi sunt, carmen.
De Leone XIII P. M. Commentarius.
De Crypta Benedicti Patrii legiferi ad Montem Casinum splendido artis cultu nuper decorata.
Paroemiae sive Adagia. Stylum vertere. — Omne tulit punctum.
Ex Batavia, De exitu certaminis poetici Hoeufftiani an. MCXII.
Acta Pontificia. Constitutio Apostolica de novo ad Lateranum Seminario
- deinde alias institutis in Urbe pro romano Italoque clero.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae noyissimae selectae. Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione S. Officij. — Ex Congregatione Rituum. — Ex Pontificia Commissione de Re Biblica.
Diarium Vaticanicum. Coram SSimo. admissiones. — Pontificiae electiones. Annales. Balkanicum novum. discriben. — Ex ultimo Oriente. Publici per orbem coetus legibus forendis.
Per orbem.
Aenigmata.
Appendix: Ad Roman.

Millenarismi crassa, gaudia sensibilia spiritualibus junguntur. (1)

“CHILIASMUS, MILLENIUM, MILLENARISMUS”

Circa veritates eschatologicas, idest de ultimis hominibus, vel de Novissimis, primis Ecclesiae saeculis, non leves surrexerunt errores.

Quidam ex iudaica religione ad Christianismum versi, ac propterea Iudeo-christiani appellati, antiques Legi nimio addicti amore, in Montanismum atque Chiliasmum prolapsi sunt. Ab Iudeorum fabulis atque gentis iudaicae conceptionibus sine dubio originem ducit error, qui triplici donatur nomine, idest «Chilasmii, Millenii, Millenarismi», quique saeculis secundo et tertio inter aliquos ex Christianis diffusus fuit. Ista credentes, ait S. Augustinus, (1) «Chiliastas appellant graeco vocabulo, quos verbum e verbo exprimentes, nos possumus Millarios nuncupare». Chilasmii error, qui saeculo quinto non supervixit, a protestantibus quibusdam saec. xvii et xviii, immo et a catholico theologo Schneider (★ 1881) in forma tamen mitigata, iterum eductus fuit. Recolendum igitur est, quid Millenarismus docuerit, quaenam occasiones originis illius, quinam fautores, quaenam repugnantiae eiusdem cum Ecclesiae doctrinis.

* *

Eusebius refert (2) verba Caii Cerinthi de Millenarum errore accusantis. Verba eius haec sunt: «Post resurrectionem regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes cupiditatibus et voluptati obnoxios fore». Cerinthus propterea defensor Millenarismi et quidem crassi fuit. Tertullianus etiam Millenarismi errorem admisit, et in eiusdem favorem, Ezechielis Ioannisque auctoritatem invocat: «Confitemur in terra, - inquit ipse, (3) - nobis regnum promissum; sed ante caelum sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos, in civitate divini operis Ierusalem caelo delatam. Hanc et Ezechiel novit (XLVII), et Apostolus Iohannes vidit - (Apoc. XII)».

A paucis inter Millenarismi defensores, S. Iustinus et S. Irenaeus adnumerantur. Primus, quia de partiali

(1) Cf. Tixeront, *Histoire des dogmes*, I. *Les Hérésies du 2^e siècle*, s. 8.

(2) *Hist. Eccl.*, I. 3, c. 28.

(3) *Adv. Marcionem*, I. 3, c. 24.

(1) *De Civitate Dei*, 20, 7.

AD ROMAM

11)

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

I. MILES.

Hanc cito chartulam puer disrumpito!
Tuosque socios mone ex composito.
I raptim puer, cave ne quis resciat. (1)

SCENA VI.

MUTIUS. (*Praecedit sacerdotes, qui velato capite et simul verba serentes inter se arcane, procedunt.*)

MUTIUS.

Vocare cunctos ad concilium placuit,
Ut aptius rebus certius remedium
Quaeramus una callidis sententias.
Fugit nec vos divis quae sit calamitas:
Gravis diffunditur Christi perversitas,
Italiae surgunt subito provinciae,
Res omnis solvitur aerumnis publica,
Et fortis aemuli currunt ad praelium.
At imperator, (semper sit incolumis!)
Vult prefecturus auspicari auguriis,
Quis cognoscat qui sit finis denique.

I. SACERDOS.

Dii spernuntur a Romanis undique,
Eis sint victimae, dignae criminibus.
Iuvat levare verbis et operibus
Impios cultus victimis feralibus.

II. SACERDOS.

Iuvant quid victimae, quid sacrificia,
Il si vivunt peccant et impunis?
Erunt in primis extirpandi funditus
Christiani! Perdendos esse existimo
Vel gladio, aut fustibus, saevis tortoribus.

III. SACERDOS.

Quid hinc? Infandimus per vias sanguinem
Prins quin perfidi contemnant numina...
Suas polluerunt manus turpitudine...
Potest quis vocibus comparare crimina,
Quis se christiani macularunt turpiter?
Suis adlecti Romani fallaciis,
Sequuntur blanduli doctrinam sedulo,
Et ipsa misit sic radices altius!
Velim...

IV. SACERDOS.

Si mitius tractabis bellum
Erit ferocior!

(1) Eus in carcavam ducit et rediens suum iterum locum obtinet.

III. SACERDOS.

Mactanda potius!

MUTIUS.

Simul componi in Concilium placuit
Vos, quos considero priores augures,
Quorum consilio detur sententia.
Nostis prefectum Maxentium proxime
Ad arma in Caesarem Britanniae progredi.

OMNES (adsurgentes)

Sit omen faustum proximae victoriae!

MUTIUS.

Suis exsultat in copiis merito,
Timet tamen, rogat enixe augurium
Deorum, magnis vocat sacrificieis.

I. SACERDOS.

Erunt multae diis obferendae victimae.

II. SACERDOS.

Habemus inclytos infantes nobiles...

MUTIUS.

Et Aniciorum puerum pae ceteris!

II. SACERDOS.

Diis nunc, socii, mactemus alacres.

III. SACERDOS.

Erit quid carius diis innocentia?

I. SACERDOS (ad pueros).

Huc ferte statim pueri vos vascula,
Incensum, taedas et olivarum ramulos.

(ad milites)

Huc ferte victimam sacratam Numini!
Indutam rite candidis et vestibus.

Sit haec Octavius! Quae purior hostia?

SCENA VII.

OCTAVIUS manuductus a milite, velatus panno candido.

OCTAVIUS.

Quo me, scelesti, quo me vultisducere?

MUTIUS.

Veni, puer, dic... Christianis ritibus

Es initiatus? Quinimo Christianus est

Pater, materque; tota Aniciorum domus?

Aperte dic!

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteriores gentes, quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio



14

APUD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM
 ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA
excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA ===

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Septembri MCMXIII Num. IX.
VOX VRBIS
 DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
 Semel in mense prodit
 CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES
 POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA
 Pretrum annuae subnotationis, est:
 In Italia: Libellarum 6
 ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)
 ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM
 AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM
 ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA
 SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:
 IN RUSSIA apud Gebethner et Wolf Varsaviae Polonorum Rakowskie Przedmiescie, 15
 IN ANGLIA apud "Kronika Rodzinna" Varsaviae Polonorum Krakowskie Przedmiescie, 6
 IN CANADA apud Burns and Oates London W. 28, Orchard Street.
 Librairie Granger Frères Montreal 1699, Rue Notre-Dame